cessores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens Illum primo Terminum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorenitate sua communi Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari ad munimenta ad Expeditionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non afferendo ad Limitationem praeterea ultra proximos officii praesentis Castrensis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes ac earundem prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalis Juris Inscriptione Terrestri bello Conuocationeque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo quovis alio evadendo stare praesenti Inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Sabbatho intra Octauas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo

2/VI 1657

M: Lubomierski Marschalcus Regni et Bieganowski mutuo sibi Robnt.

x Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Illustris et Magnificus Georgius in Wisnicz et Jaroslaw Comes Lubomirski Supremus Marschalcus et Campiductor Exercituum Regni Generalis, minorennis? Poloniae Cracoviensis Scepusiensis Chmielnicensis Kaziminiensis et

Stryiensis

Styneñ etc Capitaneus ab Una et Generosus Nicolaus Biegarowski Vexillifer
Terrae Leopolien ab altera partibus Sani mentibus et corporibus existentes
a Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprys et competen
recedendo Praesenti Vero Castren Capital Premyslien Iurisdictioni quo ad actum
hunc attinet se cum suis omnibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recogno
verunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia
ipsi sibi mutuo et invicem Una pars alteri ac posteris utriusque partis
se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibus
vis pecuniis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentem Intercisam certam
inter se Recognitis ratione certarum rerum et conditionum ibidem conten
tarum de actu et data illius hic Premysliae die hodierna in actu contenta
confectam et conscriptam manibus Recognitium proprys abutrinque subscriptam
In omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus punctis clausulis
articulis Vadio ligamentis ac nexibus universis omnibus firmiter tenere
complere exequi ac inviolabiliter observare Omnibusque et singulis eius
dem Intercisae contentis tam in toto quam in parte toties quoties opus
fuerit satisfacere Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem roborandam
et Inscriptionem praesentem roborationis ad Policitam Intercisam Vicissim in toto
referendo Idque sub Vadio Viginti Millium florenorum polonicorum per partem par-
ti cum successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum Inter-
cisae praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem Vadio modo praemisso
ad solvendum succumbendo ac re aliqua principali ex contentis Intercisae
praefatae non completa completione lituta existens memorata pars Una

Conuicta non tenens siue ipsi Successores Administratio alterius partis conuicta tenens vel ipsis posterorum Ad officium praesenti Castren. Capitaneale Premysslien. siue Castren. Capitale Leopolien. ad quod prius ex ipsis citabitur Extunc receptis inscriptis quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praefatum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illum primum Terminum peremptorium vti et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori viro necessitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum Seruicio militari admunimenta ad Quietorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem vltra proximos officiorum praefatorum Castren. Premysslien. siue Castren. Leopolien. Terminos dilationem vltra non recipiendo nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac conuicta omnia primis simplicibus vel triplicatis Emanationibus Suspensionibus fatalibus sunt praescriptione Terrestri bello conuentioneque ac alijs Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quouis euadendo Iste praesenti Inscriptione ad conuicta omnia mediante.

5/VI 1657 Actum in Castro Premisliensi Feria Tertia intra Octauas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo

Quin-